

dem Appellantem alle und sämmtliche Schuld-  
scheine und Verschreibungen, die er von dem  
Stephan F. annoch in Händen hat, medio ju-  
ramento manifestacionis in originalibus auf-  
legen zu lassen, erwehnten F. persönlich dar-  
über zu vernehmen, wie auch die Appellaten  
und sämmtliche Theile zu hören, so dann ab dem  
Befinden gutachtlich zu referiren reservatis us-  
que dum expensis.

## XVIII.

Von Remedio Legis finalis Cod.  
de Edicto Divi Hadriani  
tollendo.

§. I.

Latinum Idioma non solum ( ut

DE LUDEWIG in Erläuterung der Güldes-  
nen Bulle Tom. II. tit. 30. §. 1. p. m. 1343.  
vule ) à communi commercio, verum etiam  
à foro quodammodo recessit, ac forsitan  
( ut Ludewigiana phrasí utar ) Priscianus fo-  
ro æque, ac commercio terror factus est.  
Interim perhibente Capitulatione novissima.

Art. XXIII. §. 3.

Latina lingua non minus ac vernacula Imperii  
Idioma cluet, & quidem à citato DE LU-  
D E W I G

DEWIG die Staats- und Hauptsprache salutatur. Ad hæc teste excellentissimo  
MOSERO in vermischten Schriften Tom. I.

p. 337.

à libero unius cuiusque arbitrio dependet num  
germanice, numve latine referre maluerit.  
Quocirca & mihi præsentem causam, cuius  
matrices latinum idioma optimo sibi Jure ven-  
dicat, Romano ore perorare fas sit.

§. 2.

Jacobus L. una cum conjugé sua quinta  
Majì 1749 testamentum ordinavit, in quo  
liberos suos, scilicet Wilhelminam nuptam  
Consiliario Aulico K. Petrum Michaëlem ju-  
dicem in J. Theresiam nuptam Licentiaço S.  
ac denique Ernestinam Elisabetham nuptam  
Vice-Satrapæ C. hæredes scripsit, insuperque  
§. 3. disposuit: weilen unsere annoch ohndodite  
te jüngere Tochter Ernestina uns in allen uns  
sern Landkündiger massen aus gestandenen Ver-  
folgungen treulich und tröstlich beygestanden  
auch derenselben jeziger Ehemann Amtsver-  
walter C. in unseren Processsachen, und son-  
stigen Angelegenheiten uns mit ohnverdrossenem  
Gemüthe und Diensten allermöglichsten Bey-  
stand geleistet, so ist unser ernstlich endliche  
Will, Meynung, und beständiger Befehl, daß  
besagte unsere Tochter in remunerationem  
solcher uns erwiesenen Treue und Diensten, und

loco

loco dotis zu einem freyen Vorauß haben, und behalten solle, den mit so schweren Kosten, und vielen Verdrieslichkeiten aus erwonnenen zu d. gelegenen sogenannten Berg-Neuntel, so dann solle besagte unsere Tochter die unter mes- ner mit testierenden Mutter Hand specificirten Mobilien ebensals zum Vorauß haben.

## §. 3.

Mortua conjugi superstes maritus anteri-  
us testamentum non modo confirmavit, sed  
& insimul adjecit: Indeme anjezo sothane Mo-  
bilie mir, qua ultimo superstici denen gemei-  
nen so wohl, als hiesigen Landes Rechten ges-  
tis pleno jure zugefallen, mithin meine übri-  
ge Kinder, außer allein meiner jüngern Tochter,  
welche meinen Sterbfall abwarten muß, ihre  
Ausstieuer allbereits vorlängst empfangen, sich  
domini Theils im Stande gesetzt, oder doch im  
Stande sich hätten erhalten können: so ist mein  
etatischer Will und Meynung, daß die Erne-  
stina alle mir zugehörige am Tage meines Ab-  
sterbens so wohl in dem von mir dahier bewoh-  
nenden Hause, als auch sonstwo anderswo er-  
fördlichen Baarschaften, und sonstige Mobilar-  
effecten, woraus jedoch die Funeralkosten be-  
tritten werden sollen, ohne einige Ausnahm nebstd  
intgemeltem ihren Cheliebsten Herrn C. nach  
meinem gottgäufigen Hintritt zu einem freyen  
Vorauß haben, und ohne die mindeste Ein- oder  
Widerrede behalten solle.

## §. 4.

## §. 4.

Cum dein & hic supremum diem clausisset, deator, seu is, cui testamentum concretum erat, hæredes convocavit, decima tertia Novembbris 1752 tabulas exhibuit, Vice-Satrapa C. uti & Advocatus H. qua mandatarius filii Petri Michaëlis & Licentiati S. sigilla recognoverunt, subscriptiones & manus bona fide agnoverunt, atque emanente co-hærede Consiliario Aulico K. testamentum aperuerunt.

## §. 5.

Hoc peracto Vice-Satrapa C. nescio quæ ratione ductus decima quinta Novembbris Consilium Aulicum adivit, vidimatas tabularum copias exhibuit, ac insimul petiit, dñs (prout sonant formalia) die dispositiones parentum inter liberos ex Edito Divi Hadriani clementissime ratificaret, und er bey derer Innhalt uxoris nomine möchte gehandhabet werden.

## §. 6.

Consilium ita decernebat Commissionem, ut tabulae exhiberentur. At reliqui cohæredes agnitionem declinabant, tabulisque obmovebant, nullos testes adhibitos esse, patrem mentis impotem fuisse, eum voluisse æqualitatem inter liberos, & nihilominus cum notabili inæqualitate disposituisse, potissimum patrimonii, seu substantiæ partem Vice-Satrapæ prælegasse, ita ut ne quidem legitima

legitima ceteris liberis salva foret. Exceptio-  
nes hasce altioris indaginis esse Vice-  
Satrapa regerebat, atque ita iis respondere  
deterrebatur, firmiter arbitratus, manutenen-  
tiā ex Lege finali Cod. de Edicto Divi Ha-  
driani tollendo denegari non posse. Instructa  
formaliter causa Consilium 26ta Novembris  
1753 pronunciabat, daß causae Referentibus  
ulterior Commissio aufzutragen, die testa-  
menta salva re- & irrelevantia in originalibus  
abermals produciren zu lassen, die Miterbegenah-  
men g. über derer Unterschriften agnoscendo  
vel jurato diffidendo zu vernehmen, fort bey  
erfolgender Agnition den Amtsverwalter C.  
über die eventualiter vorgestellten exceptio-  
nen fürzlich zu hören.

## §. 7

Ab hac sententia Contradictores ad su-  
prema Imperii Tribunalia provocarunt: Vi-  
ce-Satrapa contra revisionem petit, atque in  
revisorio prima Martii 1754 sententiam ob-  
tinuit, daß revisio wohl gebetten, mulcta zu  
restituiren, und der bey dem Hof-Rathe am  
letum Nov. jüngsthin eröffnete Bescheid quoad  
eius membrum dahin zu reformirent  
esse, daß wann es bey der auferlegten pro-  
actione testamentorum (wodurch imperatū  
schwert zu seyn vermeynen) sein Verbleib ha-  
tte, bey erfolgender Agnition Imperator  
zu fernerer Einlassung auf die eingewendete  
excep-

exceptiones in hocce judicio possessorio noch  
zur Zeit zu verschonen, und diesemnach ferner  
ergehen solle, was Rechtns.

## §. 8.

Quocirca a Contradictoribus inhefive  
appellatum, appellatio autem qua' Privile-  
giis Patriæ contraria rejecta, Commissio, ut  
testamenta producerentur, decreta, termi-  
nus peremptorius, & ultimatus ad agno-  
scendum, vel jurato diffitendum per senten-  
tiam præfixus, ac tandem sexta Aprilis pro-  
nunciatum, daß die vorgebrachten eterlichen  
Dispositionen, und derer Unterschriften in con-  
tumaciam pro agnitis anzunehmen, und pro-  
carentibus vitio visibili zu erklären, mithin in  
dererselben Gefolg der Amtsverwalter C. in den  
Besitz des ihm prælegirten Neuntels einzufügen,  
und bey dem übrigen Innhalt erwehnt einzufügen,  
sitionen zu handhaben, so dann die Erbgenahmen  
L. in die aufgegangene Proceßkosten fällig zu  
ertheilen seyen.

## §. 9.

Contra hanc sententiam a Contradictori-  
bus remedium nullitatis quidem intentatum,  
sed non ad finem perductum, quin potius  
artificiose mutata omnino rerum facies est.  
Nimirum cohæres Licentiatus S. proposuit,  
quod uxor sua mortua, ipse per testamentum  
a curatela exclusus, liberis suis nondum Co-  
rator

rator datus, adeoque adhuc adornandus, hinc, processus hucusque nullus, ac de novo instruendus foret. Petitio isthac justa visa, immo ad instantiam auctoris, seu Vice-Satrapæ usque adeo minorenibus Curator ad item datum, ipso petente nova Commissio decreta, tabula iterato exhibita, manus testatorum ab artis petitis comparata, ac tandem testamento a Curatore bona fide, ac salva probacione in contrarium agnita sunt.

## §. 10.

Dein quoad causam ipsam Curator obmotas à reliquis ante exceptiones ruminabat, iisque insimul superaddebat, quod testamen- tum notabilem inæqualitatem inducens nul- lum foret, quod bene merita in testamento allegata plene probari deberent, neque in hoc assertioni partis staretur, quodque fun- dus filiæ pro dote in testamento assignatus titulo institutionis relictus censeretur, ac conferri deberet, ut æqualiter dividatur. In- terea Consilium hæc omnia non attendit, seu (ut rectius loquar) in judicio posses- sorio non attendenda esse censuit, atque hinc 16ta Decembris 1754 judicavit, daß die un- ter dem 6ten April gefällte Urtheil ihres Innhalts zu bestätigen, so dann die Erbgenahmen L. in ihrer dritte Theile der in dieser Instanz aufge- wangenen Kosten fällig zu ertheilen, die ohn- münch

mündigen Licentiati S. aber davon loszuge-  
sprechen seyen.

## §. II.

Curator itaque revisionem actorum per-  
tit, petito relique cohæredes adhæserunt,  
at modo incognitam hactenus ipsis, ipsorum-  
que arbitrio pariter Dicasterium latentem mo-  
verunt quæstionem, num legatario Remedium  
ex Lege finali Cod. de Ediſt. Div. Hadrian. toll.  
comperat, ut immissionem petere possit. Re-  
visio quoque & minoribus Licentiati S. qui-  
dem salva mulcta, reliquis contra adhæsi-  
ac simultaneus processus non nisi erga refu-  
sionem expensarum contumacialium, & præ-  
stationem solemnium concessus, ac tandem

29. Januarii 1757 definitiva sententia lata est,  
dass revisio wohl gebetten, die deposita zu re-  
stituiren, und respettive loszugeben, mithin  
die den 16ten Decembbris 1754 eröffnete Ur-  
theil dahin zu reformiren, dass revidentes su-  
per originalitate der elterlichen Dispositionen,  
und derer Unterschriften agnoscendo, vel ju-  
rato diffitendo re- & irrelevantia salva, non  
quidem in finem immissionis ex Lege finali  
Cod. de Ediſt. Div. Hodrian. toll. sed ut con-  
stet de ex vel non existentia dispositionum,  
sich vernehmen zu lassen zwar schuldig, re-  
visus hingegen auch auf die eingeschobene ex-  
ceptiones sich einzulassen gehalten, und die

§. 12.

## §. 12.

Adversus isthanc sententiam 14. Martii primum insinuatam Revisus, seu Vice-Satrapa C. 23. ejusdem mensis, adeoque intra decendum consimilem revisionem interposuit, depositos, seu sequestratos ex litigiosa Metalifodina profectos redditus Ioco mulctæ 29. ejusdem, atque hinc intra trigesimum inscripsit, erga factam assignationem revisionem obtinuit, ac fatalia, solennitatesque singulas ad amissum observavit, maxime cum etiam casu, quo causa caderet, nihilominus quarta pars depositorum numorum ei debeatur, adeoque omnino idem sit, ac si mulcta revisoria alio modo deposita, seu aliæ pecuniae datæ fuissent.

## §. 13.

Materialia dein, seu causæ merita quod attinet, dupondius facile indagabit, sententiam, de qua nunc queritur, quot verba, tot ferme comprehendere gravamina. Quod ut modo evincam, prosectoris instar sententiam deartuabo, ac de membro ad membrum procedam.

## §. 14.

Primo sententia jubet, ut moderni revisi dispositiones, ac subscriptiones parentum agnoscant, vel jurato diffiteantur. Indefinita sententia loquitur, ac per consequens juxta primas

primas Philosophiæ regulas de omnibus, ac singulis revisis, videlicet de Petro Michæle, de Curatore minorum S. & Consiliario Aulico K. intelligenda venit. Effatum, ac præceptum judicis, quod in ipsa acta insurgit, cunctamque fidem penitus evertit. Petrus Michael (ut ex supra adductis constat) testamento eodem die, quo aperiebantur, modo recognovit, subscriptionesque bona fide agnovit. Curator minorum usque adeo comparationem manuum exegit, eaque peracta tabulas pariter coactus agnovit. Ad quid igitur intuitu horum iterata agnitio? Certe si agnoscendi modus haud sufficiet, nec magis sufficiens à quoquo excogitandus erit. Ad hanc Petrus Michael testamento inficiatus non est, & minorum Pater disertis usque adeo verbis petiit, ut ad ductum testamenti liberis Curator daretur. Unde & iteratam agnationem, casu quo requireretur, irrefragabiliter deducere licet.

## §. 15.

Cohæres Consiliarius Aulicus K. tabulas quidem expressim non agnovit, sed quoque non negavit. Veritatem, seu existentiam in dubium haud vocavit, sed potius obiecit patrem mentis impotem fuisse, restes adhibitos non esse, a dispositionem ob nimiam inæqualitatem juris effectibus destitui. Virtualiter igitur atque intrinsece existentiam fat-

fatetur præsertim cum noto notius sit, quod de non ente nil possit prædicari. Porro revisi in impressa facti specie emphatice asserunt, daß es darauf nicht ankomme, ob die unter den quæstionis testamenten befindliche Unterschriften noch zur zeit inconcesso agnosciere werden müssen, weisen auch illis inconcesso agnitis danno dem Tit. C. qua legatio das Remedium Leg. fin. Cod. de Edict. Divi Hadriani tollendo ohnstrittig nicht complextet. Ipsimet igitur subscriptiones parentum apertissime conficentur, ipsimet agnationem supervacaneam ducunt, ipsimet probationem ceteroquin actori incumbenti renunciant. Quis proinde tam iniquus rerum arbiter existet, ut de eo, quod ipsæ partes concedunt, ac fatentur, adhuc dubitare ausit. Accedit tandem, quod Consiliarius Aulicus R. formaliter contumax in præfixo termino peremptorio, præclusivo, atque ultimato subscriptiones neque agnoscere, nec diffiteri voluerit, sed unice declararit, visibile deficientis paterni consensus, ignotique valoris, rei prælegatae vitium ad annullandas tabulas sufficiens fore. Unde manifesto liquet, quod prædictus Consiliarius testamenta intrinsece iterato agnoverit, & si etiam non agnovisset, lapsu termino peremptorio ulterius audiendus non sit.

S. 16.

Obgeret fortasse aliquis, revisis adhæsionem, ut & simultaneum processum erga refu-

D 2

refusionem expensarum contumacialium concessum, adeoque sententiam sexta Aprilis 1754 latam modo sublatam esse. At quis est, qui tam absurdam, jurique repugnantem elicet sequelam? quis memoratam sententiam talem esse statuet, ut per, vel erga refusonem expensarum contumacialium tolliterum potuerit? Profecto quantum recognitionem manuum attinet, illa non est simplex contumacialis, sed definitiva, & manus in contumaciam non recognoscantur pro recognitis acceptata. Saltim ita docet

GAIL. de Pac: publ: L: i. cap. 15. n. 15.

„ si debitor (sunt verba ejus) citatus non com-  
pareat, neque recognoscat manum, & sigil-  
lum sui chirographi, manus & sigillum ip-  
sius pro recognitis habentur, causaque ex  
officio pro conclusa acceptatur, & reus ad  
solutionem definitive condemnatur „ Ita  
adstipulatur

CARPZOVIVS in Proc. Tit. XXII. Art. 2.  
n. 25.

in hæc verba: si reus instrumentum, vel  
vel documentum exhibirum recognoscere,  
vel diffiteri nolit, pro recognito id habe-  
bitur, & reus debitum confiteri videtur „ Ita  
tradit.

LEYSERUS ad n. Spec. 33. med. 6. Spec. 81.  
med. 5. & Spec. 114. med. 4. 8

& cum eo omnis Iurisconsultorum schola.  
Quocirca ejusmodi sententia non est retrahibilis, sed ejus effectus teste

CARPZOVIO in Proc. Tit. XIV. Art. 3. n. 25.  
hic ille ipse, quem operatur recognitio: nempe, quod recognoscens fateri censeatur ea omnia, quæ documentis istis continentur, quia recognitio est instar confessionis, prout saepe monitum. Ex quo profuit decisum illius: Anne documentis per sententiam habitis pro recognitis, reus contra quem ita pronunciatum est, exceptionibus suis peremptoriis, puta solutionis, compensationis, præscriptionis, novationis, aliisque etiamnum uti, easque contra documenta apponere possit? Quod ex jam dictis affirmandum. Quia scilicet effectus hujus pronuntiatione non ultravim & operationem recognitionis extendit, nec quidquam aliud efficit, quam vere facta recognitione, qua non obstante reum, vel recognoscentem exceptionibus suis peremptoriis etiamnum audiendum fore, nemo facile inficias ibit.

## §. 17.

Ponamus etiam intuitu manuum pro recognitionis acceptarum contumaciam purgare licere, num revisis ergo remedium refusonis expensarum contumacialium indulgendum? Ipsimet hoc non petierunt, quin potius contra memoratam sententiam nullitatis

querelam intentarunt, & cum decima sexta Decembris 1754 confirmaretur, adversus confirmatoriam interposuerunt revisionem, quæ ipsis etiam erga refusionem expensarum contumacialium concessa fuit. Sed amabo quo Jure? nullo omnino. Contumacibus enim appellationum perimitur ratio.

*Novella 82. cap. 5.*

Et ejus, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus esset, appellatio recipi non potest.

*L. 1. Cod. Quorum appell. non recip.*

Quocirca contumacibus & deneganda revisio: quippe cum tralatitium sit, quod ubi de jure communi prohibita appellatio, ibi quoque exulet revisio.

*Rec. Imp. Noviss. §. 125.*

Porro contra quam sententiam concessa est revisio, seu revisionis adhæsio? Vel contra confirmatam, vel contra confirmantem? Si primum, ex jam adductis abunde patescit, revisionem concedi non petuisse. Si alterum, pariter peccatum, siquidem confirmans non contumacialis, sed vere definitiva est. Quid ergo dicendum? id viderint alii: nos interim disquiramus quem in finem revisio erga refusionem expensarum contumacialium concessa. Forsan ut discutiatur num sententia contumacialis bene vel male confirmata fuerit? Si

Si hoc, manifesta inde exsurgeret contradic-  
tio; cum expensas contumaciales refunden-  
das esse modo definitum, & simul adhuc de-  
finiendum, an sententia contumacialem con-  
firmans juste, vel inique lata fuerit. An igitur  
eum in finem, ut agnitus, vel diffusio  
perageretur? Ast revisi ad effectum immis-  
sionis se neque ad agnoscendum, neque ad  
diffundendum teneri in hunc usque diem cla-  
mitant, & de eo uno omnis illorum queri-  
monia est. Quamcunque demum in partem  
secesserimus, usque illaqueamur. Inextrica-  
bilem proinde nodum mittere, & ad alterum  
sententiae membrum progredi expedit.

## §. 18.

Ilo continetur, agnitionem, vel juratam  
diffusione peragendam esse non in finem  
immisionis ex Lege finali Cod. de Edit. Div.  
Hadri. tollendo. Ratio hujus, si inspiciatur,  
in eo uno posita est, quod legatario prædi-  
ctum remedium haud competit. Apparens  
quidem quoad thesin ratio, in hypothesi ve-  
ro de supposito, ut philosophi loquuntur,  
non supponente. Modernus revidens non  
tantum legatarius, seu præletagarius, sed si-  
mul & hæres, seu cohæres est, immisionem  
in legatum modo, sed generice petit,  
& summa libelli, quam altera vice adducere  
juvat, hæc est, daß die dispositiones paren-  
tum inter liberos ex Edicto Divi Hadriani  
clementissime ratificirt, und er bey derer Inn-

halt uxorio nomine mögte gehandhabet werden. Hisce quid clarius? quid evidenter? Qua autoritate igitur quæstio in jus vocata, quæ nec sequi tenebatur, nec duci debebat?

§. 19.

Agedum! vel revidenti remedium Legis finalis qua hæredi competit, vel non competit? Si competat ut hæredi, competitor quoque, ut prælegatario. Carteroquin in principali obtineret, quoad accessorium contrarium tamen naturam sui principalis sequitur, exularet, in toto subsisteret, quoad partem vero, de qua eadem, quæ de toto dicuntur, intelligenda veniunt, corrueret, eidem personæ concederetur, & eidem personæ ex eodem jure agenti denegaretur. Quod quantum à sana philosophia abhorreat, nemo est, qui ignoret. Ad hæc certi juris capit, non tam legati, quam hæres à se ipso percipi. Pro parte ( ita

PAPINIANUS in L. 18. §. 2. π. de his,  
quæ ut indign.)

hæres institutus prædii legatum accepérat, & in hæreditate non capienti restituendi tacitum ministerium suscepérat. Quamquam legatum pro ipsius parte non constitíset, ideoque portionem istam pro hærede possideret; tamen ei prædium integrum esse relinquendum respondi. Neque enim rationem Juris, ac possessionis varietatem inducere

divi-

divisionem voluntatis. Unde irrefragabiliter sequitur, quod sicut hæres partem legati jure hæreditario capit, ita ipsi quoque pro ea parte remedium Legis finalis competat, utpote cum ista legati pars partem constitutat hæreditatis. Sequitur insuper, quod sicut juxta monitum PAPINIANI ratio juris, ac possessionis varietas divisionem voluntatis inducere non debet, ita prædictum remedium quoad reliquas partes pariter denegandum haud sit, ne alioqui eveniat, ut una eademque res diverso jure censeatur, ac voluntatis inducatur divisio. De quo impræsentiarum eo minus dubitare fas est, cum quicquid revidenti legatum, id vere prælegatum, ac per consequens teste

FABRO Conjectur. Lib. VI. Cap. 4.  
ex hæreditate capiatur, & jure hæreditario

## §. 20.

Aut forsan revidenti qua hæredi sapere dic-tum remedium non competit? At qua de causa? Vel revisi se hæredes testamentarios proficiuntur, vel ab intestato? Si primum, indubitate quoque remedium obtinet; si quidem ipsa Lex ex parte instituto remedium trahit. Cui insuper accedit, quod ab omnibus alienum foret, ut si unus universa bona hæreditaria licet vacua occupaverit, cohæres commodo possessionis eapropter pri-vetur, cum tamen hoc commodum cohære-

di non minus, quam illi præoccupatori de-  
beatur, donec hæreditatis divisio explatur,  
quam ille multifariis subterfugiis facilime in  
longum protrahere posset, ut se ipsum in sua  
celerius occupata possessione tueatur.

HARPPRECHT Consultat. Volum. nov. Tom.  
II. Cons. 50. n. 691.

Sin alterum: pariter remedium juxta gene-  
ralem regulam locum habebit, nisi de excep-  
tione doceatur. Videamus igitur quæ in  
medium proferenda exceptio. Objiciunt  
revisi se filios & filias esse. Ast revidentis  
uxor quoque filia est, ac contra filium reme-  
dium obtainere infra luculentissime demon-  
strabo. Dicunt se contradictores existere: de-  
eo infra agemus, & eos contradictores qui-  
dem, sed non legitimos reperiemus. Inge-  
runt testamentum laborare vitio visibili: vi-  
tia velut spiritus in tenues auras evanescen-  
tes exceptio?

§. 21.

Eam fortassis revisi adducent, quod testa-  
mentum dispositio inter liberos, adeoque te-  
stamentum imperfectum sit. Verum et si lex  
de testamento, quod prima fronte omnibus  
numeris expletum, atque perfectum est, lo-  
quatur; ex eo tamen nequaquam colligen-  
dum, quod e testamento inter liberos immis-  
so haud procedat. Etenim si ( ut

MEN-

MENOCHIUS de Adipisc. possess. Remed. IV.

n. 314.

ait) vel Theodosii, vel Justiniani spectemus tempora, & constitutiones, intelligimus hanc patris dispositionem esse testamentum, ob id in eo scripti filii hoc remedio adjuvari debent: quippe cum ejusmodi testamentum in suo genere pro perfecto habeatur.

BRUNNEMANN ad tit. Cod. de Edit. Div.

Hadr. toll. n. 8.

& ceteroquin legum favor, qui testamento inter liberos solemnitates remittit, contra omnem juris rationem traheretur, in præjudicium. Ad hæc sive missionem in favorem testamentorum, sive in favorem hæredis a Justiniano confirmatam dicamus, utroque casu eadem ratio subintragabit, consequenter & ea- dem dispositio: maxime cum Legislatores favorem testamentorum inter liberos adhuc longe majorem, ac reliquorum esse voluerint. Ex quibus omnibus tandem concludere liceat, quod remedium uti revidenti, qua hæredi competit, ita & qua prælegatario Jure denegari nequeat.

### §. 22.

Dicta hucusque ad decisionem substratae cause quidem exesse sufficient. Ne tamen difficultates subterfugere, nimiumque mihi sapere videar; non qua eundem est, sed qua situr, pergam, motamque a revisis quæstionem:

nem: an scilicet remedium legis finalis legatario competat, sub incudem vocabo. Quæstio istæc præsertim inter Pragmaticos vere problematica est, totisque voluminibus in utramque partem ventilatur. Præ omnibus aliis conferri meretur

*FINCKELTHAUS Observ. 121.*  
qui nun modo utriusque sententiæ fundamen-  
ta, verum etiam tam negantis, quam affir-  
mantis patronos regenscat. Recensis plures  
Neotericorum accesserunt. Interim quot-  
quot reperi, quoquot legi haec tenus, ne-  
mo omnium mihi fecit satis. Et quamvis  
Germanici quidem, quos inter magnus

*LEYSERUS ad x. Spec. 381. med. 4.*  
& qui eum sequitur

*REINHARTHUS ad Christiani Decis. Vol.  
IV. Observ. 35.*

media quodammodo via incedere, atque de-  
fendere ament, quod remedium legatarii  
competens non ordinario, sed executivo pro-  
cessu, exceptionibus videlicet turbidis, & al-  
tiorem discussionem spirantibus ad petitorum  
rejectis expedientum sit: tamen nec illud  
temperamentum mihi per omnia placet, nec  
rem exhaustire videtur. Rationem hujus mo-  
do non reddam, multo minus aliorum fun-  
damenta discussiam; sed mea tantum animi sen-  
sa aperiam, atque a prima origine rem in-  
choabo.

§. 23.

Anno urbis D C C L XI. tribus annis ante perlatam legem Papiam de caducis Augustus cum omnem locupletandi sui fisci , qui ex haustus erat , rationem perquirerat, quo magis sustinere posset sumptus reipublicæ necessarios, legem tulit de hæreditatum vicesima parte( unde & lex julia vicesima dicta) æra-  
rio inferenda

**BALDUINUS** de lege. *Iulia* pag. m. 117.  
Vigore hujus legis hæredes exrtanei, qui hæ-  
reditatem adibapt, nisi vel pauperes essent  
hæreditates, vel ipsi hæredes agnationis jure  
ex lege XII. Tabularum hæreditatem sorti-  
rentur, vicesimam hæreditatis partem pende-  
re debebant.

**HEINECCIUS** *Antiquit. Roman.* Lib. I. Ap-  
pend. Cap. I. §. 19.  
Vectigal illud autem non ex hæreditatibus  
solum, sed etiam ex legatis extraneo relictis  
præstabantur: id quod diserte perhibet

**DIOCASSIUS** *Hist. Lib.* 55. p. 563.  
Et Vigesima (scribens) hæreditatum, & lega-  
torum, quas morientes aliquibus, exceptis genere  
proximus, & pauperibus, relinquebant, in æra-  
rum inferatur. Et hac de causa testamentum  
statim post mortem testatoris aperiebatur, ut  
de vicesima liquere posset, & vectigali nulla  
mora fieret.

§. 24.

§. 24.

Cum dein Trajanus multis vicesimam hæreditibus remisisset, Hadrianus, qui Trajanus successit, non tantum Legem juliam confitimat, sed & quod ad ejus executionem utile erat, adjecit, atque Edicto sancivit, ut testamentum statim aperiretur, & post ejus recitationem hæres scriptus, licet falsum, irritum, ruptumve testamentum diceretur, intratum, id est corporum hæreditariorum, quæ mortis tempore testator possederat, sine mente appellationis mitteretur.

GODOFREDUS ad L. 7. Cod. Theod. de Testam.

Post vicesima sensim quadam christianorum Principum liberalitate obsoleuisse, beneficium missionis nihilominus favore ultimæ voluntatis, scriptique hæredis retentum fuisse videtur.

BALDUINUS in Justiniano Lib. III. pag. m.  
225.

Tandem Justiniano Edictum Divi Hadriani cum multis ambagibus & difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescens plane tollere, & aliud commodius, magisque expeditum introducere placuit: ut nemper quis ex asse, vel pro parte institutus competenti judici testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex qualcum-

unque suæ formæ parte vitiatum, sed quod in prima figura sine omni vituperatione apparet, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detineatur, & eam testificatione publicarum personarum accipiat.

## J. 25.

Hinc facile collendum, quod ut beneficium missionis non tam hæredum, quam fisci causa datum; ita Edictum Hadriani olim & legatariis, utpote qui æque, ac hæredes fisco vicesimam solvere debebant, ex eadem ratione profuerit. Alioqui certe Edicti finis haud obtentus, sed mora vestigali facta fuisset, quod a ratione non juris, sed fisci, seu, ut quidam vocant, status quam longissime distare hodie adhuc nimium quantum innoscit. Superlative id etiam comprobant leges, quæ velut antiquati Juris rudera nobis exstant, ac conspiciuntur. Sane dum

MÆCIANUS. L. 8. π si cui plus quam per leg. Fali.

scribit: Si heres partem bonorum, vel etiam universa bona delata ad fiscum diceret, constaret auctem de fideicommisso: decretum est, ut petitori carenti, evicta hæreditate restitui salvetur. Dum

PROCULUS in L. 48. J. 1. π. delegat: II. ait:

ait: Bonorum possessione dementis curatori data,  
legata a curatore, qui furiosum defendit, peti-  
poterunt. Sed qui petent, cavere debebunt, si he-  
reditas evicta fuerit, quod legatorum nomine da-  
tum fuerit, redditum iri. Dum denique

ALEXANDER in L. 9. Cod. de legat.

cavet: Si in fraudem eorum, quæ testamento re-  
lita sunt, admissus est accusator, qui testamentum  
falsum diceret; Præses provincia secundum  
jurisdictionis forman solvi legata jubebit, inter-  
posita cautione, si evicta fuerit hæreditas, ea re-  
stituturum. Quid quælo! hæc omnia sibi vo-  
lunt, nisi legatariis ex Edicto Divi Hadriani  
subveniendum esse? Hares Edicto adjuva-  
tur, atque in possessionem mittitur, quamvis  
quis se filium defuncti præteritum, esse alle-  
get, aut falsum, vel inofficium testamen-  
tum, seu alio vicio subjectum, vel servus de-  
functus esse dicatur.

L. 2. Cod. de Edict. Div. Hadr. toll.  
Legatario pariter succurritur, ac legatum  
præstatur, licet testamentum falsum, aut bo-  
na ad fiscum delata dicantur. Exactissima om-  
nino paritas, quæ non nisi ex uno eodem  
que fonte profluere potest, nobisque irre-  
fragabile testimonium præbet, quod Edictum  
ad legatarios usque sese protenderit.

§. 26.

Jam quidem Justinianus recedente ex Re-  
publica hæreditatis vice prima Edictum Divi  
Hadriani

Hadriani antiquatum ivit: tantum tamen abest, ut beneficium missionis simul sustulerit, ut id potius disertissime confirmarit, mirumque ampliarit in modum. Quocirca eadem ratio testamenti, cuius executioni faveat se, ac studiosum Justinianus præbuit; ardenter efflagitat, ut eum legatariis quoque consulere eodem exemplo voluisse intelligamus. Ad minimum Imperator legatariis expresse non ademit, neque hac in parte jus antiquum restrinxit, sed potius, ut ipse fatis innuit, extendit, auxit, ac dilatavit. Quis igitur mutabit, quod ipse legislator non correxit? Quis abolebit, quod is non abrogavit? Et quis restringet, quod is extendit? Profecto neque ita causæ materies postulat neque legis ratio jubet. Materiam favorabilem esse, ac legata semper, & ubique favorem connexum habere, hinc etiam latiorem interpretationem jure sibi vendicare conclamatum est apud omnes

*FINCKELTHAUS cit. Obs. 121. n. 14.*  
Legis dein rationem, quod attinet, eam in  
tutione testamentorum positam ipse

*JUSTINIANUS in L. 30. Cod. de testam.*

effatur. Unde eam ad legata quoque optimo  
jure protrahere licebit, quippe, cum tutio  
illorum testamenti tutio non esse non possit.  
Verum quid longius? Ipsem et Imperator om-

ne dubium removet, ac prementem nimis  
scrupulum eximit. Dum namque in

*L. ult. Cod. de Petit. hered.*

statuit, quod licet testamentum in officiosum dicatur, scriptus tamen hæres interposita curatione legata solvere debeat; manifestissime declarat, atque edicit, quod antiqui juris vestigia sequi, ac concessa quondam legatariis beneficia in eadem amplitudine confirmare, atque redintegrare voluerit. Quid? quod non tantum confirmari, sed etiam multo ampliora reddiderit: siquidem de jure Digestorum casu, quo quis hæreditatis petitionem vel suscepere, vel suscipere sperat, catena judicia differri solebant, prout constat ex

L. 7. n. de hered. petit.

Injurius proinde in Imperatorem, Majestatisque reus foret, qui legatariis ex Legi nostra finali auxilium denegare ausit.

§. 27.

Nunc iterum ad corpus nostrum revertamur, ac tertium dissecemus membrum, quod agnitionem, vel diffensionem vel ideo peragendam perhibet, ut constet de ex-vel non existentia dispositionum. Sive id de existentia physica, sive de morali sumamus, putidas usque comprehendemus cartilagini. Testamenta jam terque, quaterque producta, eorumque vidimatæ adhuc in actis conspicuntur copiæ. Qui, que de actualitate etiam numerum dubitare audet, is ipsam existentiam in dubium vocabit, ac quoque exborabit pyrrhonismo. Porro nec morali existentiae quidquam deesse ex superioribus ab-

unde

unde clarescit. Dum enim ad instantiam Curatoris minorennum S. comparatio manuum modo peracta est, legalem seu moralem existentiam ad sufficientiam juris demonstratam, nemo juris peritorum inficias ibit: quippe cum id probandi genus non modo a legibus comprobetur, verum etiam longe fortius quam ipsa diffessio, operari debeat.

## J. 28.

Dicit fortasse aliquis, comparationem absentibus cæteris cohæredibus peractam, adeoque his innoxiam esse. At si comparatio (ut nemo negabit) existentiam plene prober; respectu unius non minus, quam alterius, præsertim si litis consortes sint, operabitur, ac nequidquam certiorari cupiet judec, qui certior factus modo, supremamque operi admovit manum. Ad hæc cohæres Petrus Michaël subscriptiones per mandatarium bona fide agnoscit. Unde licet Consiliarius Aulicus K. agnitionem expressam, sive extirpescam hucusque declinaverit, atque in vera contumacia perseveraverit, id tamen nullam seu dubitandi, seu retardandi ansam præbere valet. Tum enim majoris modo partis adest agnitus, quæ unius diffessioni usque adeo præfertim in hocce judicio summario certo certius præferenda. Tum etiam sententia manus in contumaciam non recognoscens, pro recognitis acceptans non tantum agnitionis vices supplet, sed & tantum efficit,

ac si manus vere fuissent agnitiæ. Demum neque ipsa lex requirit, ut existentia legitime ac juridice probetur, sed sufficere asserit, si competenti judici testamentum in prima figura sine omni vituperatione apparenſ ostendatur. Quocirca nec judex ipsa lege rigidior esse, neque invisis legislatori ambagibus, ac difficultatibus locum dare debet, præcipue in præsenti casu, ubi præter omnia reliqua per extremum comparationis remedium existentia Tabularum ad plenam sufficientiam demonstrata adhuc est.

## §. 29.

Postremum tandem sententiæ membrum moderno revidenti injungit, ut ad obmotas a revisis exceptiones respondeat. Hæc scilicet sequela illius præsuppositi est, quasi remedium legis finalis revidenti, qua legatario non competeteret. Cujus contrarium cum supra a me luculentissimis argumentis evictum, atque ad oculum, ut ajunt, demonstratum sit: hinc etiam nunc in omnia alia cundum, atque insistendo primis, verisque jurisprudentiæ principiis substituenda venit quæstionum revisi contradictores legitimi existant, obmotæque ab iis exceptiones relevent. Et siquidem juris interpretes invicem quam vehementissime digladiantur, quis per legitimum contradictorem intelligatur: tantum interim certum, definitumque est, quod filius, qua filius contradictor legitimus haud queat compellari. *Quamvis (re)scribit Imperator in*

L. 2. Cod. de Edict. Div. Hadri. toll.)  
 quis se filium defuncti præteritum esse alleget,  
 aut falso, vel inofficium testamentum, aut  
 alio viio subjectum, vel servus defunctus esse di-  
 catur: tamen scriptus heres in possessionem mitti  
 solet. Cui convenienter

VOERTIUS ad π Lib. 43. tit. 2. n. 5.  
 docet: Quod si heredes ab intestato heredi-  
 tam possideant; ac possessionem rerum he-  
 reditariarum autoritate publica judicis occu-  
 paverint, ten Overstaen van Schepenen: non  
 tamen eo minus heres institutus testamento  
 nullum visibile vitium habente, possessionem  
 per remedium d. l. ult. ab heredibus legitimis  
 avocare potest, cum sola successio ab inte-  
 stato tali in casu titulus idoneus aut sufficiens  
 ad repellendum heredem testamento scriptum  
 non sit. Imo in dubio usque adeo ad exclu-  
 sionem filiorum testamento favendum scribit

DECIANUS Vol. I. Resp. 35.

§. 30.

Non minus apud omnes expeditum est,  
 quod non possidens contradicitoris nomen  
 non mereatur. Clarissime id innuunt, atque  
 indigant ipsa legis verba. Sin autem ( ita ha-  
 bent ) aliquis contradicitor extiterit: tunc in ju-  
 dicio competenti, cause in possessionem missiois,  
 & subsecutæ contradictionis ventilentur: & ei  
 possesso acquiratur, qui potiora ex legitimis mo-  
 dis jura ostenderit: sive qui missus est, sive qui  
 antea detinens contradicendum putavit. Prono-

hinc simul fluit alveo, quod sola possessione quidem sufficiat, sed præterea titulus requiriatur, qui in continentि probari potest. Si namque titulus allegari nequeat; possessio possidet pro possesso, ac per consequens contra eum usque adeo interductum quorum bonorum datur.

*L. I. π. Quorum bonorum*  
multo magis ergo remedium legis finalis, quippe cum causa heredis scripti potior, ejusque jus apertius modo appareat. Et si allegatus titulus in continentि liquidabilis non sit, contradicatio altiore indaginem requirit, adeoque ad petitorium rejici debet; prout omnes docere refert

*MENOCHIUS de Arbitr. jud. Lib. II. Cent. I.  
cas. 12. n. 1.*

Cum itaque revisi prælegatam metallifodinę partem non possideant, multo minus iustum possessionis titulum edere valeant; necessaria (ut philosophice loquar) conclusio est, quod contradictores legitimi nullatenus existant.

*§. 31.*

Verum nimium ne properemus. Annon & is legitimus contradictor cluet, qui testamento, ex quo adversus ipsum agitur, vicum aliquod visibile opponit? Saltum ita loquitur

*LEYSERUS ad π. spec. 500. med. 12.*  
Recte, an inconcinne, parvi mea refert. In verbis quippe sum facilis, modo in ipsa re con-

conveniatur. Missa proin quæstione nomi-  
nali rem ipsam agamus. Primum visibile vi-  
tium revili esse contendunt simplicitatem te-  
statoris Patris. Evidem defectum rationis te-  
stamento obstare perfractius non negabo,  
quin potius concedam, vitium visibile esse,  
quando (ut

*LEYSERUS cit. spec. med. 19.*  
scribit) testator, antequam testamentum con-  
ficeret, alienationem mentis passus in actu  
testandi perfectissimum intervallum non ha-  
buit, sed saltem in conspectu inumbratæ quie-  
tis positus fuit. Ast ita in thesi. Quid contra  
quoad hypothesin? Testatorem ante confe-  
ctum testamentum mentis impotem fuisse non  
constat, sed de eo principalis quæstio est,  
adeoque necessaria probatio. Quæ, quanta  
vero hæc? In medium producta quædam at-  
testata, quæ injurata adhuc, insuperque pro-  
bationem in continenti haud efficiunt. Si  
enim (verba sunt

*MENOCHII cit. cas. 12. n. 4.*  
exceptio objiceretur, ad cuius discussionem  
necessæ foret testes examinare, vel instru-  
menta antiqua, super quibus disputandum  
esset, producere, non posset dici probatio in  
continenti oblata; neque hinc missionem im-  
pedire.

## §. 32.

Alterum vitium vult inde desumi, quod  
pater in testamento imperfecto, seu minus  
solenni, ac privilegiato nimis inæqualiter  
dispo-

disposuisset. Fateor: sunt multi, qui id licere negant. Econtrario dantur non pauciores, qui affirmant. Imo reperire est & alios qui medium amplectendo sententiam inæqualitatis rationem concedunt, si inæqualitas est modica: denegant autem, si inæqualitas magna, atque enormis est. Quid igitur? Num inter visibilia vitia referenda quæstio, quæ inter doctores controvertitur? Profecto illa neque in oculos statim incurrit, nec sola testamenti inspectione cognoscitur, neque a judice immediate visu, sed mediante intellectu, altiorique deprehenditur examine. Ad hæc etiam num dubium, negativa, an affirmativa sententia sit verior. Proinde indecisam quæstionem pro visibili vitio non habebit, nisi is, qui, dum contrariam sententiam, seu dubitationem videre non vult, ipsa juris principia, omnemque rationem invisibilem reddere co-natur. Num igitur impræsentiarum subeunda juris alea? Absit a judicio hocce summario, quod altiorem indaginem respuit, maxime, que abhorret.

## §. 33.

Nuper in contrarium mihi propositum a nonnemine argumentum est, quod heic adducere non pœnitabit. Ajebatur controversiam juris longas probationes, factique circumstantias haud desiderare, neque judicendum, aut certiorem reddendum, multo minus jus a partibus edocendum esse, quod ipse antea modo noscere tene-

tur.

tur. Ignominiosum ergo videri, si judex controversam quæstionem ad judicium ordinariū remittere, sibique spatiū deliberandi quodammmodo exposcere velit, præsertim cum facile contingere possit, quod in ordinario ipsi nequidem tantum temporis, quantum in summario, suppetat. Haud insanum quidem ratiocinum, in eo tamen peccans, quod remissionem ad ordinarium, seu petitorum respectu judicis fieri supponat. Quid, si judex controversiam juris in summario, seu etiam possessorio decidere vellet, nonne limites transgredeleretur, ipsumque petitorum modo absolveret? Nonne tum etiam formalis processus institui, causa plenarie instruētæque solennia deberent observari? Nonne pars gravata contra latam sententiam ordinaria juris remedia intentare, atque in locis, ubi a sententia possessoriali nulla appellatio datur, ad suprema Imperii Tribunalia provocare posset? Nonne demum quadrata rotundis commiserentur, ac cuncta inverso ordine irent? Liquido hinc patet, quod controversa juris quæstio non intuitu judicis, sed partium, atque ex natura rei, Legumque forma ad petitorum rejiciatur. Quibus insistendo motam quæstionem quidem indecisam linquo. Netamen sententiam affirmantem suis rationibus destitui quis arbitretur, adscribere heic juvat ea, quæ

KOENIG in *Dissert. de Parent. inter liberos disponent.* Cap. 3. §. 17 & 18.

Achtzehendes

234

pro affirmativa adducit. „ Quod si (ita ille)  
„ perpendamus, in testamento solenni fieri  
„ posse institutionem in partes inæquales, te-  
„ stamentum inter liberos autem cum solenni  
„ ejusdem esse effectus, tantumque abesse,  
„ ut circa hōc aliquid immutatum sit ab Im-  
„ peratore, ut potius sanctum deprehenda-  
„ mus, hereditatem patris inter liberos in  
„ partes esse dividendam, & uncias, in qui-  
„ bus scripsit testator exprimendas; nec non  
„ liberos cum partibus quæ sunt constituta,  
„ contentos esse debere; præter legitimam  
„ vero liberos a parentibus de jure nihil exi-  
„ gere posse: nullum superest dubium, quin  
„ accedamus castris affirmantium, quod li-  
„ ceat parentibus in testamento privilegiato  
„ tam partes æquaes, quam inæquaes pro  
„ lubitu constituere. Et quoniam thesis præ-  
„ cedens se præ cæteris utilitate commendat,  
„ ipsius veritatem etiam per indirectum ad-  
„ struere juvat. Ponamus patrem quidem  
„ posse observare inæqualitatem modicam,  
„ non vero magnam: tunc portio inæqua-  
„ lis legitimam adæquat, vel minus? Si pri-  
„ us, filius non habet, de quo conqueratur,  
„ aut querelam testamenti inofficiosi insti-  
„ tuat. Sin posterius, ad supplementum agg-  
„ mentum paternum corruit, quin potius ad-  
„ æquata legitima validum subsistit. Ponamus ad-  
„ præterea in testamento inter liberos ab  
„ æqualitatis ratione non esse recedendum,

„tunc nihil refert, utrum istiusmodi ultimæ  
„voluntatis dispositio servetur, nec ne, in  
„utroque casu idem consequentur liberi,  
„quod, dum principio rationis sufficientis,  
„atque legislatorum intentioni repugnat,  
„manifestam sapit absurditatem.

## §. 34.

Ex hisce simul viliositas vitii tertii, læsæ  
scilicet legitimæ sua sponte fluit. Non dicam  
modo ad probandum hocce vitium requiri,  
ut conferenda conferantur, hæreditas divi-  
datur, partes assignentur, ac cuncta rite  
computentur, quæ sine ambagibus, longaque  
mora expediri non posse quivis facile agno-  
scet. Sed id solum memorabo, singulis liberis  
legitimam a parentibus honorabili institutio-  
nis titulo datam, relictamque esse. En verba  
testamenti, ejusque §. 8. Instituiren, und bes-  
nennen unsere obgemelte Kinder, nemlich  
Wilhelmianam, Petrum Michaelem, The-  
resiam, und Ernestinam Elisabetham L. in  
übriger unserer Verlassenschaft zu unserem ohn-  
weifelbahren Erben, daß sie darinnen in vier  
gleiche Theile succediren, und erben sollen. Un-  
de licet per prælegatum legitima læsa, aut  
minor debita portione relictæ foret, haud  
tamen testamentum corrueret, quin potius fir-  
mum stabit, atque his, qui testamentum quasi  
inofficium, vel alio modo subvertendum  
queri poterant, id, quod minus portione le-  
gitima sibi relictum sit, ad implendam eam  
fine ullo gravamine, vel mora exigere licebit.

L. 30. Cod. de inoffic. testam.

Ad uberiorem ejus dilucidationem addam ap-  
tum omnino exemplum, quod  
LEYSERUS ad n. spec. 500. med. 20.  
refert. „ Oblatum (scribit) est Præsidi ante  
„ aliquot menses testamentum, in quo pater  
„ sic scriperat: Filius meus domum, supel-  
„ lectilem, paratam pecuniam, & agros præ-  
„ cipua habeo, cætera cum filiæ meæ defun-  
„ tæ liberis dividito. Filius possessionem ha-  
„ reditatis ex l. ult. C. de Editio D. Adiran-  
„ petit. Contradicunt nepotes ex filia, acque  
„ vitium præteritionis tanquam visibile testa-  
„ mento objiciunt, nihil si domus, superfu-  
„ turum dicentes. At ego præteritos nepotes  
„ fuisse non puto, sed hæredes institutos eo  
„ ipso, dum filius hæreditatem cum iis divi-  
„ dere jussus fuit, credo. Nam, ut Præses in  
„ specimine CCCVI de Liberis heredibus inſi-  
„ tuendis med. 2. Ostendit, pater liberorum  
„ mentionem faciens, atque eis aliquid ad-  
„ scribens, heredis titulo id fecisse semper  
„ intelligitur. Nec obstat, quod post res filio  
„ prælegatas nihil super futurum esset. Nam  
„ primo hoc altioris indaginis erat, deinde  
„ in L. 36. pr. C. de inofficio testamento testa-  
„ mentum, in quo filius in re certa heres in-  
„ stitus est, tametsi tota hæc res evicta fue-  
„ rit, sustinetur, & alia res, vel pecunia  
„ restitui jubentur. Ergo actio suppletoria  
„ etiam tunc, quum nepotes nihil ex divisione  
„ ne consequuntur, locum habet.

§. 35.

Cætera revisorum obomta, quisquis fugitivo tantum oculo aspicerit, illa ad petitorum relegate nullus titubabit. Quo tamen res clarior evadat, cunctisque cuncta fiant, summo ea saltim, ut ajunt, digito attingam.  
Utique scribit

CHASSENÆUS ad Consuetud. Burgundia  
Rubr. VII. §. 5. n. 48 & seqq.

quod tria copulative requirantur ad hoc, ut dicatur donatio remuneratoria: primo quod talia merita vere appareant, nec in hoc starentur assertioni patris. Secundo quod talia merita sint æquivalentia rei donatæ, hoc est, quod filius tale meritum fecerit patri, quod si fuisset extraneus, tantum fuisset lucratus. Ac tertio, quod talia merita, seu talia servitia non sint obsequialia, ad quæ tenetur filius. At de donatione remuneratoria a Patre filio in potestate constituto facta, ejusque collatione laudatus Autor loquitur, ac de legato, de quo impræsentiarum agitur, ne quidem somniat. Et qui somniaret? Tralatitii quippe suris est, quod legato falsa causa adjecta non voceat: veluti cum quis ita dixerit: Titio, quia me absente negotia mea curavit, Stimulo do, lego: vel ita, Titio, quia patrocinio ejus capitali crimine liberatus sum, Stimulo do, lego. Licet enim neque negotia reatoris unquam gesserit Titius, neque patrocinio ejus liberatus sit; legatum tamen valet,

§. 31. Inst. de legat.

quia

quia ratio legandi legato non cohæret.  
*L. 72. §. 6. n. de Condic. & demonst.*  
 Nempe legatum proficiere potest, & soler ex-  
 mera liberalitate, nullius alioqui meriti cau-  
 sa vel expressum, vel provocatum.

BALDUINUS ad cit. §. 31. verb. curaverit.  
*Instit. de legat.*

Quocirca ut vapulet; omnino dignus is, qui  
 allegata a Patre, legatoque adjecta merita, a  
 revidente probanda, ac missionem usque  
 dum suspendendam esse blaterarit

§. 36.

Eandem omnino notam Revisorum Ad-  
 vocatus meretur, dum ex  
*MANTICA de conject. ult. volunt. Part. II.*

*Lib. 6. tit. 2.*  
 adstruere contendit, quod metallifodina re-  
 videnti in testamento relicta pro dote, ac  
 titulo institutionis assignata censeri, adeoque  
 conferri debeat. Si vana verba haud capta-  
 set, sed paulo penitus autorem inspexisset,  
 manibus, pedibusque palpare potuisset, cum  
 de casu dubio, atque incerto loqui. Tum  
 etiam ipsius doctrina vera, & disertis fulcita  
 verbis

*Novelle XVIII. Cap. 6.*  
 quippe quæ ita habent: Sive quispiam intestatus  
 moriatur, sive testatus, quoniam incertum est, ne  
 forsan oblitus datorum, aut p̄e tumultu mortis  
 angustiatus hujus non est memoratus, omnino esse  
 collationes, & exinde equalitatem, secundum  
 quod olim dispositum est, nisi expressim designa-  
 verit

verit ipse, se velle non fieri collationem. Verum heic non versamur in casu dubio: sed verba testamenti luce meridiana clariora sunt, ac parentes expressim disposuerunt: daß besagte unsre Tochter in remunerationem solcher uns erwiesenem Treu, und Dienste, und loco do-  
tis zu einem freyen Voraus haben und behal-  
ten solle, den mit so schweren Kosten, und vie-  
len Verdrieslichkeiten auserwonnenen so genann-  
ten Neuntel. Unde & claram Patris disposi-  
tionem sequi debet dispositio legum, quæ  
legata, aut quidquid à Patre in codicillis re-  
lictum, conferenda non esse statuunt.

L. 65. §. 1. n. de Rei Vindic. L. 38. pr. n. de Con-  
dit. indeb. L. 10. 12 & 16. Cod. de Collat.  
Quoniam liberi hoc extero jure capiunt, id  
est, ut extranei, & non, ut filii jure succes-  
sionis ab intestato.

BRUNNEMANN ad L. 10. Cod. de Collat.  
insuperque id, quod post mortem ejus, de cu-  
jus successione agitur, queritur, non con-  
fertur.

CHASSENÆUS cit. Rubr. VIII. §. 5. n. 41.

§. 37.

Quo nunc itaque vela contraham, hac te-  
nusque dicta in compendium redigam, grava-  
men ex sublata sententia contumaciali, gra-  
vamen ex iterata productione, tabularumque  
agnitione, vel diffessione, gravamen ex de-  
negato remedio Legis finalis Cod. de Edict. Div.  
Hadr. toll. gravamen ex admissione revisio-  
rum, qua legitimorum contradictorum, gra-

vamen ex injuncta responsione ad exceptions ab hocce summario quam maxime alienas, atque in peritorio nequidem multum relevantes, gravamen ex conturbatione judiciorum, gravamen ex unoquoque latere. Adeoque reformanda, ac salvo rectius sentientis arbitrio sic dicenda.

## Sententia.

In Sachen Amtsverwaltern C. Impetranten eins, gegen und wider Erbgenahmen L. in actis bekannt Impetraten andern theils ist zu Recht erkannt, daß revisio wohl gebetten, das depositum loß zu geben, demnach die unterm 29ten Januarii laufenden Jahrs eröffnete Urtheil zu reformiren also und dergestalt, daß es bey den vorherigen Urtheilen vom 2ten April, und 16ten Christmonat 1754 lediglich zu belassen, und der Impetrant nach derer Vorschrift, wie auch in Gefolg der Elterlichen letzten Willensverordnungen in den Besitz des voraus vermachten Neuntels einzusezen, und bey dem übrigen Innthalte erwehnter Testamenten zu handhaben, dahingegen die Impetraten bis dahin aufgegangene Kosten nach rechtlicher Ermäßigung fällig zu ertheilen seyen: als solchergestalt hiemit reformiert, eingesetzt, gehandhabet, und fällig ertheilet werden.